



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi

Clagius, Thomas

Coloniae Vbiorvm, 1659

XVII. Ipsae Calendae Quintiles, seu visitationis B. virg. pervigilium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11544

ante hebdomas eniteretur, non de proli modo,
verum & de matris vita agebatur: ita partus
dolores & pericula utramque urgebant. Ad
beatam proinde Virginem Lindensem parens uterq;
votum nuncupat, & proles eodem propè momento
meliorem in B. Virgine experta est Levanam.

C A P V T XVII.

Ipsæ Calendæ Quintiles, seu Visitationis B. Virginis
pervigilium.

LVbet de Julio præmittere, quæ Macrobius de eo-
dem tradidit (^a) Sequitur Iulius, inquit ille, qui
cùm secundum Romuli ordinationem Martio tenente
anni principium, Quintilis à numero vocaretur; nihilomi-
nis tamen, etiam post prepositos à Numa Ianuarium ac Fe-
bruarium, retinuit nomen, cùm non videatur iam quintus
esse, sed septimus. Sed postea in honorem Iulii Caesaris
Dictatoris, legem ferente M. Antonio M. filio Cos. Iu-
lius appellatus est, quod hoc mense ad IV. Idus Quintiles
Iulus procreatus sit. Cæterum apud Lindam Marianæ
Iulus mensium omnium facile princeps est. Licet
enim cæterorum quoq; nullus sit, qui peregrinorum
affluxu & divinorum ubertate donorum non excel-
lat, Iulius tamen, vel ob unum visitationis festum,
quod præcipuum apud Lindam semper fuit, omni-
bus paliam præcipit. Nam & ipso festi pervigilio,
& consequentibus deinceps octo diebus, plurima
suplicantum agmina, processionesq; diversissi-
mis ac longè politis ex locis spectari solent. A qui-
bus

(a) lib. I. Saturn. cap. 12.

bus proinde narrationis initium nobis erit sumen-
dum.

I.

Varia Calendis Iulii processiones.

Non carent cæteri, præsertim per æstatem menses, recurrentium undiq; populorum agminibus, suppli-
antium in morem procedentibus: Iulius tamen vel
tò quoq; eminet, quod cùm cæteri, familiaribus, &
& quasi primæ admissionis, præsertim è Varmiensi
Prussia populis, destinati dicatiq; videantur, Julius
etiam exteros, vel longius à Linda sejunctos admit-
tere soleat: quod vel hoc anno luculenter potuit cer-
vi Prima omnium hac die processio fuit Meszicensi-
mè Masovia à novo templo, in silvis Regiis ad O-
stroleucensem præfecturam spectantibus, nuper juxta
fines Ducalis Prussiæ condito. Cùm enim iis in sil-
vis mortales plurimi, qua pici eliquandæ, quæ a-
liis mercibus silvestribus elaborandis addisti, per-
petuò versentur, qui ad ea usque tempora, per-
inde à catholicæ religionis usu atque ab homi-
num, præsertim catholicorum commercio se-
juncti, nullum in vicino templum habebant,
ideoquæ cum loco mores quoque silvestres ac
quasi situm quendam contrahebant; missi ad eo-
rum cultum sunt quidam è Lomzensi Societatis
Iesu Collegio Sacerdotes. Quos inter fere pri-
mus fuit P. Lucas Zaluski, Theologiaz postmo-
dum in Academia Vilnenzi Professor atque Doctor,
qui, quemadmodum vetus ille (a)

Silve-

(a) Horat, de Arte.

Silvestres homines sacer, interpresque Deorum
Cedibus & virtutis aedo deterruit Orpheus;
Dictus ob hoc lenire tygres, rapidosque leones,
Dictus & Amphion Thebana conditor arcis
Saxa movere sono testudinis, & prece blanda,
Ducere, quod vellet.

Præterquam enim, quod & silvarum, & vicino-
rum convictu hæreticorum, efferati propemodum
illi homines, ad cultum & Ecclesiam catholicam & disci-
plinam reducti sunt, et jam sacra Aedes, de piorum
munificentia iisdem in silvis posita brevi est. Apud
quam, ut & Silvestres illi mortales, & vicini
quoque instituantur hæretici, serenissima Po-
lonia Regina Ludovica Maria annuas operariis
ejusdem societatis addixit impensas. Qui quidem
ut homines illos, quasi ex illa silvarum umbra ad
lucem producerent, hodiernum ad B. Virginem
Lindensem (tredecim minimum leucarum inter-
vallo, intra fines hæreticorum) deduxerunt suppli-
cantium agmen, pietate juxta ac numero conspicu-
um P. Sigismundo Marquard è Soc. Iesu totiusa-
gminis duce, & quasi chorago. Altera processio fuit
Graboviensium, è Masoviæ itidem finibus Prussia
conterminis. Adjuncti iis fuerunt, non pauci è
Colnensis & VVonsosensis Masoviæ itidem
populis; quorum omnium ducem egit admo-
dum R. Dominus Simon Iablonski Parochus,
non pauca neque levia ab hæreticis (quorum intra
fines perpetuo fere incedendum fuit) eo in itinere
passus. Tertia fuit Kukendorffensium & Ionken-
dorffensium,

bortfensium; qui tres minimum leucas ultra Allensteinum siti, leucis undecim à Linda absunt; it nihilominus numero & bene composito processerunt agmine. Quarta Besoviensium, qui utam quotannis supplicationem, hodie, & numero, & non insuavi paganorum cantu ornant. Quinta Tulacensium, qui Allensteinensis quidem Coloniæ, sed Altwartemburgensis sunt paracæ: proinde tam Allensteinium quam Vartemburgensium erga B. V. Lindensem imitantur pietatem.

II.

Meszicensium quidam variis affecti
beneficiis.

Beneficiis cum tanta peregrinorum pietate, quan-
tum opere Deipara apud Lindam suam certet, vel
hac unâ patuit die; qua ex iis, quæ in ma-
xima hominum multitudine & summis tempo-
rum angustiis disquiri notarequæ potuerunt, quinq;
supra triginta notata sunt. Et quidem inter Mes-
zicenses, quos inter supplicantium agmina primos
huius diximus, Paulus Iudaszik ejusdem loci co-
lonus, & Andreas Freydzik silvarum cultor
erunt; quorum hic brachii dextri tantos
per octo hebdomadas pertulit cruciatus, ut vi-
uum, quas ad usum manus adhiberet, vix tan-
tillum superesset: recepit tamen & vires & bra-
chii usum, sicut ac solenni Lindensis voti u-
sus est remedio. Iam verò ille, vertigine capitis,
per

per quatuor hebdomadas jam à quadriennio recurrente, agitatus, prope quæ extra se positus, ubi sub ipsum B. Iacobi Apostoli natalem similis voti medium adhibuit; tum animi, tum corporis vires abunde recepit. Eodem quoque ex loco Helena Christophori Koslik vidua, cum filio Jacobo adfuit: quorum illa à pluriño jam tempore omnium membrorum atque ossium cruciatibus conflictata, hoc demum anno maximam sensit allevationem, postquam B. Virginis Lindensi suppplex votum peregrinationis fecit: iste verò iisdem cum matre morbis, jam à puero exercitus, ut ipsa quoque pedum ossa incutvarentur; nuperissimo autem vere, cum morbus incrementum sumeret, spes quoque vitæ jam decollarat, simili voto ad vitam vires quæ pristinas rediit. Omnes, quantum est itineris pedibus confecerunt.

III.

Colnensium quoque nonnulli adjuti.

Colno Masoviæ oppidum, aliquot leucis abjunctum Lomza, è quo sub hoc fere tempus Lindam commeare quotannis, interdum verò sojenni & composito supplicantum agmine solent procedere: non sine magno pietatis æquè ac constantiæ argumento, maximam sedecim leucarum partem inter hæreticorum cuneos emetiendo. Inter eos, qui hoc anno inde advenerant, fuit matrona nobilis Ioannis Vykowski, viri itidem nobilis vidua, & Martinus Zaleski, dicti oppidi

civis

vis. Illa quatuor ante annos, intenso senum hebdomadarum morbo, usque ad mentis alienationem recta, vota, quod Lindam pepigerat, animi corporisque viribus restituta, peregrinationem, quam iude causis hucusque distulit, jam tandem absolvit: leverò, ante triginta circiter annos, ulceribus temore grassanis tum pestis confractus, non nisi fulcris malaribus niti, ac gradum facere per triennium posuit. Spoponderat le Czestochoviam peregrinatum, morboque relevatus erat; vetum cum illic pere tutò non posset, ei jam si iter semel ingressus jam dicit, Lindam jam tertium voti solvendi, agenda que gratiarum causa accedit.

IV.

**Graboviensium quibusdam collata
beneficia.**

In supplicantium Graboviensium agmine fuit Pierikowky virti nobilis conjux Sophia: quæ annex annos . edito primo partu multis conflictata sorbis, potissimum verò tumore pedum umbilico nos afflita, per octo circiter hebdomadas movere loco, viribus suis nusquam potuit. Voto peregrinationis Lindensis edito, reddita est sanitati pristinæ: verum cum illa votum reddere cunctaretur, non cunctabantur dolores ac morbi recurrentes adesse ultores. Quare animo tandem sumpto, in viam se dedit, & quindecim circiter leucas pedes Lindam usque confecit. Tantundem itineris pedestres quoque confecit. Wylowaty, Paræciaæ Graboviensis paro, Catharina Francisci, uxor, & Agnes virgo, Jacobi

Ccc

Smo.

Smolnick viri nobilis filia. Illa proiecta jam etatis sexagenae mulier, ante decennium vi ulcerum, quæ caput op- indidem viri pleverant, sinistrum amisit oculum, amissura hoc an- teribus, & c. no etiam dextrum, morbis iisdem recurrentibus; nisi spemodum i voto in tempore Lindam præmisso, haud longe jam ut proxima posito occurrisset exitio. Jam verò Agnes caput & ingruentib oculos propè biennium miseritatem affecta, & conti- sumpsit tam nud affixa lecto, lucem nonnisi per quandam quasi u; ut tantæ & nebulam intueri poterat. Voto cujusdam sacerdotis seris. Parent Lindam destinata, contestim lumen oculorum inter- tunâ, expertum grum recepit, doloribus capitatis, quasi quodam malâ phia Petri Se vestigio nonnihil reliquit. Pedes, uti diximus, quin- rodsky viri n denum leucarum viam emensa, matris quoque cau- mpto capite sâ donarium & preces Lindæ adjecit, ut opem, quam pedum cruci in se experta jam est, matti, quæ interno ulcere diu se movere cruciatur, imploraret.

V

Plerique nobiles è majore Skroda beneficiis
cumulati.

Ad Graboviensem quoque Paræciam spectant
villæ, quæ major Skroda appellatur, incolæ. Hos in-
ter Stanislaus vir nobilis, proximis à Pentecoste die-
bus, lecto per quatuor hebdomadas affixus, colicis,
iisque acutissimis doloribus ad extrema jam addis-
tus, nil nisi mortem opperiebatur; cum morti jam
proximæ ac fere præsenti, admodum R. D. Simon
Jablansky Parochus Graboviensis, voto Lindam
nuncupato, intercessit. Ab eo enim momento, æger
ad se rediit, & nunc undeviginti leucarum iter pedes
absolvit. Pedes quoque tantundem itineris matrona
Lachovic
Simon Gav
e villa colon
am paræcia v
um agmini e

nobilis filia. Illa prope*tertius* topè sexagenaria, Domini Jacobi Skrodzky nobis-decennium vi ulcerum, quæcumq. sindidem viri uxor Anna, quæ convulsis gravi lapsu strum amisis oculum, amissum scribus, & continuo sanguinis profluvio animam etum, morbis iisdem recurrens nō opemodum ipsam profuderat. Nemo erat, qui non ore Lindam præmisso, hanc torti proximam censeret; quippe, quæ vix animam iisserexitio. Jam verò Agnus & ingruentibus pertinaciter deliquis trahebat, biennium militem affecta, hanc lēsumpsit tamen à voto Lindam factō, & vitam, & o, lucem nonnisi per quantam fides; ut tantæ ætatis mulier, pedes tantum conficeret eri poterat. Voto cuiusdam itineris. Parem eodem in loco, nec disparate omnino nata, confessim lumen oculorum fortunā, expertæ sunt Divæ Lindensis benignitatem doloribus capiūs, quasi quodam Sophia Petri Sokolcik, & Marina Domini Stanislai Skrodzky viri nobilis filia: quarum hæc omnium, am viam emensa, matri quodam tempore pedum cruciatu afflita, per viginti hebdomadas preces Lindæ adjectis, ut operari se mouere non potuit; illa verò jam à triennio, pedibus maximè hiberno tempore, graviter ægra, proximo verò vete etiam caput & oculos vehemen- tissimè affecta, per hebdomadas sex, interdiu præser- dim, vix intueri ac cernere quidquam potuit. Ultra que votum Lindam nuncupavit, utraque exinde sibi restituta (ita ut Marina dolore capitis omnino libera, aliqua doloris vestigia in sustus nonnihil oculis re- tineat) tanti itineris molestias cundo redeundoque animosè pertulit.

VI.

Lachoviensium quidam sādem beneficia
experti.

Simon Gawlik è Brzozowo Lachoviensis Par-
e præsenti, admodum & lachoviensis Grabovensis, vobis
cessit. Ab eo enim monachus, nunc undeviginti leucanum usque
quoque tantundem innotuitur, nunc

CCC 2

votis

votis atque precibus, communem omnium venerandam pro praetentur auxiliatricem. Et Dorothea quidem octo ante eorto, benefici annos febri ardentissimâ prope confecta, jam velut annos graviter moritura super stramen humi fusum deposita erat hementer exanimis simul autem & in privatis precibus, & in sacro Missâ valuerat; v. sacrificio Lindensi Patronæ causa ejus fuit commenierat. Nepodata, subito ater suffragii calculus in candidum verum omnium obsitus; & illa absoluta, quamvis gravatae, pedes nihilominim putumq; nus Lindam usque absolvit iter: Simon vero tota suæ, omnium superioris anni Quadragesimâ ad ipsius periculum matrem avia mortis decubuit. Haud longè viâ aberat, quâd ē- sit, & nunc eternitatem citra redditum, profectio est: quam ille tunc apud Lir men per votum interpositum in Lindenalem communè pietatis contavit, sanè perquam felicissimè. Et jam superiore anno Bukowo, & no viam hanc emensus, ut grati animi iterum ederet, ejusdem V. monumentum, cemensus hoc iterum anno est.

VII.

Nobilis è Visnensi tractu, pares gratiæ
præstitæ.

Non potuit sine magna plurimorum admiratio-
ndus fuerit. P.
ng, in tanto peregrinorum undique affluentium nu-
is successit, for-
mero propè in numero, spectari nobilissima è Maso-
test, ut ungu-
vias finibus matrona, illustris & magnifici Domini vulque de fluxu
Matthiae Grondzky, Visnensis, ut vocant, districtus indecim leu-
Propræfeti conjux Catharina. Quamvis enim hu-
mili cultu, qualis nimurum peregrinos addecet, non tñ affectus,
humilitamen, & ad perferenda aspera viarum ani-
mo, & ad contestandam in Deum Deique Matrem tuuc votu-
pietatem studio, profectæ jam ætatis mulier, cum dem hoc anno
duodeviginti leucarum iter pedes decurrit; tunc apud nihil cunctan-

Lin-

commuitem omnium uera. Lindam pro præstitis sibi, suoque è filia nepotulo
Dorothea quidem obiit Alberto, beneficiis gratias egit. Nam & ipsa octo jam
nâ prope confecta, postulat ante annos gravissimis capitib[us] doloribus, per quām
in humi fusum deponit: rehementer exercita, voto ad B. V. Lindenensem edito
tis precibus, & in familiâ convaluerat; votoque jam illo ipso anno defuncta
onæ causa ejus fuit conca-
gii calculus in candidum:
mvis gravatè, pedes habu-
olvit iter: Simon vero rati-
ngiā ad ipsius peregrina-
dū longè viâ aberat, quod e-
m, profectio est: quanti-
simum in Lindenensem
cissimè. Et jam superiora
ut grati animi iterum ede-
is hoc iterum anno et.

VII.

tractu, pares gratia
ræstitæ.

na plurimorum admirato-
rum undique affluentia
pectari nobilissimè. Ma-
estris & magnifici Domini
ensis, ut vocant, distichus
arina. Quamvis enim
peregrinos addecet, co-
erenda alpera viarum an-
in Deum Deique Matre
ta jam ætatis mulier, ut
pedes decurrit; tam ap-

erat. Nepotulus verò, variolis & pustulis ante
triennium obsitus, cùm illæ intrò se receperent, &
merum putumque pus in os, oculos, auresque redun-
dasset, omnium sententiâ morti jam destinatus, voto
per matrem aviamque Lindam concepto, in columis
evasit, & nunc septennis puerulus solitrici sus-
gratias apud Lindam egit. Ejusdem si non itineris,
certè pietatis comites fuerunt Jacobus Bukowsky
de Bukowo, & Simon Bukowsky de Lempice, no-
biles ejusdem Visnensis provinciæ viri. Ille plantam
dextri pedis, securiforruito læserat: vulneri quamvis
non admodum gravi, minus tamen rectè curato, ta-
cerignis se affuderat, ut non modò pedem, verùm &
corpus totum vis mali pervalerit: adeoque ille amissâ
vitæ ipse, pueri instar per hebdomadas quinque fo-
vendus fuerit. At ubi votum Lindenensis peregrinatio-
nis successit, fomentis opus non erat; redditæ sanitas
ita est, ut unguis atque cutis toto illo pede ad femo-
ra ulque de fluxerit. Quo tamen ille pede, nunc iter
quindecim leucarum emensus, voto Lindenæ solutus
est. Simon verò lue pecoris ab aliquo jam annis mi-
serè affectus, votum peregrinationis Lindenensis, su-
periore anno, apud se agitabat; neq; tamen ad eden-
dum tunc votum permoveri potuit: permotus tan-
dem hoc anno; quando recrudescente iterum lue,
nihil cunctandum ratus, simul cum voto salutem pe-

Ccc 3

coris

coris recepit, & simul solvendi quām primū votū
consilium, quām constantissimum cepit; quemadmo-
dum hodie ritē solvit.

VIII.

Lomzenium nonnulli adjuti.

Andreas Zakalinsky è Plocensi juxta Lomzam
Paræcia, anno proximè elapso ter oculorum dolore, nri, au-
haud sanè lenientatus, parumque remediis undique ausus, ad-
admetis in sua illa calamitate adjutus, adjutus deni-
que est voto, quo se Deiparæ Lindensi obstrinxerat, peregrinu-
Quo ut expediretur, duodeviginti leucarum iter, usq[ue] insit
quanquam pedes, latus tamen & incolumis expedi-
vit. Parifelicitate ac facilitate expeditus est Joannes more
Gregorii è Drombrowa pago, in eadem Provincia natione
sito, filius morbis suis; quibus à triennio per aliquot menses &
menses re crudelcentibus vexatus est, quoad vis mali cum vo-
in ulcera demum erupit, & brachium dextrum cum
axilla miserè iisdem affecit. Sed & Anna Gabrielis
Lemausky, ferrariæ officinæ in eadem provincia præ-
fecti uxor, malignâ lue per hebdomadas tredecim
haud minus miserè affecta, neque sensuum viribus,
neque corporis motu per octo hebdomadas polle-
bat. Amicorum consilio atque votis, Divæ Lindensi
commendata, sibi que restituta, haud ita multò post,
quāvis dentium cruciatu gravaretur, tredecim leu-
carum viam ingressa, & in ipso itinere, etiam dolore
illo dentium levata pro tam varia sibi præstita bene-
ficiencia, varias Deiparæ apud Lindam egit gratias.

IX. Lipn

IX.

Lipnicensium plures variis affecti gratiis.

Lipniky villa est, ad municipium, fortasse & ad
magnum Colnensem spectans; ad quam plures, à
Mariana derivati sunt divinarum rivuli gra-
num. Simon Maliszewsky totam & statem cum
dolore, utriusque potius cum morte, superiore anno, confli-
ctus auxilio Divæ Lindensis, cui voto obstrictus e-
us denique vicit. Evasit Joannes Sobotka, minore aliquan-
tum inxerat, periculo ac tempore æger, jam nunc pedibus, qui-
am iter, si insistere non poterat, totum emensus est iter.
expedito propterea potissimum pedi ulcus fœdum infederat, &
Joannes morem propè incurabilem adduxerat: spes certè
ovincia nationis nulla jam reliqua erat. Spes tamen, & cu-
aliquot anno & sanitas properè redierunt, ubi ille Lindam
vis malum voto properavit. Nec minus eodem cum filio
abielis in loco uxoris Ursula. Atque ipsa quidem manum ac
decim annos vetere Paulus anno proximè evoluto ad mortem
pollebat, que æger; denique & Marina filia tredecim anno-
ndensi, voto sigillatim prounquoque Lindam edito,
relevati. Cui quidem voto, ut quam exactissi-
mè responderent, totum iter Lindam usque pedestre
fuit. Adjunxit se ejusdem itineris comitem quin-
decim annorum puella, Anna, Joannis Brdoch cau-
ponis in eodem pago filiola, & tanquam à mortuis
levocata, cum lacrymis Deiparæ Lindensi coram
gratulara. Anno proximè elapso, morbo

quatuor hebdomadarum confecta, ter visa estaniam efflavisse: unde mater filiam jam omnino defunctam rata, reliqua vitæ servandæ præsidia adhiberi vetuit. Aliorum nihilominus consilio persuata, filiam B. Virginis Lindensi permisit offerri. Quod ubi factum, filia ad se rediit; & ut præsentes orationem Dominicam recitarent, inclamavit. Ab eo tempore sana, totum iter pedibus Lindam usque est emensa. Quacum, in eodem quasi stadio, certare visa est Agnes Joannis Kasprzik ex eodē pago filia; quæ variis morbis, potissimum verò febri supra annum detenta, ubi votum Lindam nuncupavit, levari sensim morbo cœpit: ubi verò iter, quanquam dubiâ adhuc valetudine est aggressa, morbus omnino recessit. Quid verò quod decrepitæ jam ætatis vir, nec minus afflictæ valetudinis, Simon Szafranck, quasi de cursu eodem in itinere contendere videri potuerit cum juvenculis, supra tres annos pedem sinistrum, interiore, ut ille appellabat, ulcere cruciatus, progreedi nonnisi ægerrimè potuit; adeoque perinde, quamquam baculo nixus, lapsare potius, quam consistere videbatur. Paucas ante hebdomadas voto simul Lindensi obligatus, simul omni morbo solutus est.

X.

Aliquis, partim è Subsilvania, partim è Masovia succutum.

E Subsilvania quidem viri nobilis Samuelis Strubicz è Bransensi Provincia conjux Marina; è Masovia verò Agnes viri itidem nobilis Pauli Chacik in Obiedzino conjux. Et illa quidem tum suo, rum si

stanti- loli sui Ignatii nomine, votum solvit: nam & filiolus
bo de- morbo diuturno ad mortem fere prostratus erat, &
adhi- mater duarum hebdomadum morbo, vere nuperri-
suata, no ad idem usque deducta periculum, voto Linden-
od ubi restituta sibi, tum in filio, tum in se est. Jam verò
onem eclupériore anno tanto capit is est dolore exagitata,
nporta it toto propemodum vere, non videretur præsens
nensa. ibi esse, dolorque omnis in oculos demum è capite
est A- redundaret. Et oculi quidem quasi faburiā oppleti,
variis non tam dolore, quam molestiā quādam incredibili
deten- (quam & orbitas ad extremum secuta est) cruciaban-
tēnsim tur. Remiserat non nihil malum, ita ut hoc anno gra-
ad hue vius recrudescente videretur. Cui ut tempori occur-
cessit, ad B. V. Lindensem recurrit; & voti rea, quin-
decim leucarum iter nonnisi pedibus ultro citroque
e cur- decurrentum suscepit.

XI.

Varii in Prussia variè adjuti.

Deipara Lindensis, quæ aliis extra Prussiam, uti
vidimus, beneficiorum tuorum fontes ita benigne
aperit, nunquam eos constitutis in Prussia, hoc est,
singulari jure suis, claudere potest. Paucos, qui eā-
dem die referri in commentariolos potuerunt, hīc
quoque referemus. Gregorius Lang Waltersmuh-
lenensis in Gustadiensi agro prædii curator, ejusdem-
que conjux Elisabetha, suo filiique sui nomine, gra-
tias Deiparæ cum votis persolverunt suis. Elisabetha
bientium fere integrum, dirissima viscerum tortura
etruciatusque perpetua; & salutem, & vitam insuper
iplam Deiparæ in acceptis refert. Jam enim per he-

Ccc 5

bdo-

bdomadas quinque extra sensus posita, nullâ nisi filius ope, quam supplex impletarât, lustralisque aquâ haustu, & vitam & salutem recepit. Filiolus verò undenis, ab ipsa infantia morbo cornitali vehementer torquebatur: parentes eum annuâ, quoad vixerit, ad Lindensem. Ædem peregrinatione obstrinxerunt, & sanum exinde receperunt. Unde jam à decennio matri quotannis Lindam usque comes adjungitur. Georgius Gronitzky in Rosengarten hortulanus, per tres annos vehementissimos brachii dextri cruciatus perpessus, usum brachii totius jam amiliterat; verum & uitum & sanitatem integrum recepit, ubi Deiparæ præsidium, quod implorârat, accessit. Andreæ Lech, qui in Schonwald Allensteinensis agri pago præfectum agit, uxor Lucia, per hebdomadas circiter quindecim morbo ante triennium confecta, tanquam morti proxima, bis ad extremum agonem sacro erat oleo inuncta: simul autem, atque tum aliorum, tum suo quoque voto ad B. V. Lindenensem configit, mox & sensibus, quibus orbata jam erat, & viribus, quibus etiamnum integris mulier exagenaria fruitur, restituta est. Georgius Albertus, defunctus jam Arnoldi Walther, Cæsarei quondam centurionis filius, à matre Anna, muliere in Boëmia juxta Pilsnam nata, tanquam voti reus, Deiparæ coram oblatus est. Uterque pes, maximè verò dextrum genu supra duodeviginti menses fædissimè exulceratum, aut potius gangrænâ exelum, nullâ vi humanâ, quæ variè adhibita, curari poruit, jamque matri perinde a cæteris adempta ipes vitæ erat. Qua de cœla mater Deiparæ supplex, ejusdem arbitrio vel celerem pueri mor-

ri mortem, vel sanitatem committit. Vitam & salutem, vera vitæ Mater conferre maluit: unde puer, paucis à voto mensibus sibi planè restitutus, sedecim leucarum itinere matrem pedes comitatus, Lindam incolumis atque alacer venit. Martini in Surenbaum Seeburgensis coloniæ pago hortulani uxor Anna, decem ante annos cæcitatem repentinâ percussa, lumen cæli biennium integrum videre non potuit: vidit postliminio, ubi mentis aciem ad Deiparam Lindenensem intendit. Inde enim lux etiam corpori affulgit; quò quidem & illa quotannis, ut grata sit, peregrina accedit. Denique & Susanna è pago Koskow juxta Bialam oppidum in Ducatu Prussiæ situ, quamvis non catholicæ, mulier catholica, intimo, ut ajebat, olcere pedem ante quadriennium dirissimè affecta, adeoque omnium meru ac sententiâ pedis usum amissa erat; quandoquidem remedia undique adhibita nihil profecerat, profecit tamen remedium Lindâ petitum. Inde enim jam ab emissso peregrinationis voto, pes restitutus omnino est; quo etiam illa pede duodeviginti leucarum iter probè ementa est.

C A P U T XVIII.

Sex Nonarum Quintilium dies, & Visitationis B.V.M.
festum.

I Am proximo capite innuimus, Julium mensem, vel ob unum Deiparæ Elisabetham Visitantis festum, prius sibi inter menses anni apud Lindam vendicare. Cæterum quo major est, eo, sequentibusq; octo die-